

## De saporibus

granatis. Et inter hos liquores / quidam sunt compositi / et quidam simplices. nam compositi dicuntur qui conficiuntur ex diuersis qui pariter commiscetur. Simples vero sunt qui ita permanent sine commixtione aliqua puta suis substantijs primis pducuntur. Nullus tamen liquor est simpliciter absolute preter solam aquam que simpliciter dicitur puta in elementari permanet puritate. alij autem liquores omnes / sicut et huiusmodi res ex quatuor elementis constituuntur. Simples etiam dicuntur qui cum alijs non commiscantur. Simples etiam dicuntur in quibus simplices elementorum qualitates ex prima compositione dominantur / et que a terrestri feculentia naturaliter vel accidentaliter plus colantur. Secundum autem varias commixtiones liquorum et qualitatum elementarium predominantium complexionum et varios sortiuntur odores pariter et saporibus. nam illi liquores in quibus predominatur calidum cum humido sunt dulciores. in quibus autem calidum cum sicco sunt acutiores. in quibus vero preterest frigidum cum sicco sunt acerosiores et spirituosiores. sed in quibus frigidum cum humido sunt gustui insipidiores. ut patet in pisanis / et huiusmodi. Quidam autem liquores de quibusdam arboribus incisus corticibus per attractionem caloris solaris sponte egrediuntur. ut balsamus et terebintina et lacrimus qui calore preterest mundatur / et in mirre subam iduratur. Quidam vero de fructibus arborum per expressionem colliguntur. ut vinum / oleum / siccera / et huiusmodi. quodam per adustionem ignis liquidiores partes quorundam lignorum in extremitatibus educunt magno artificio acquiruntur. ut colophoniam / pix liquida / oleum iuniperi / et similia. Quidam autem ex herbis succis exprimuntur. ut opium / aloem / et huiusmodi. qui postea calore ignis vel solis desiccantur. et quidam errore celi extrema floribus profundetur / et sic circa eorum superficiem inuiscentes apud ministerio componuntur. ut mel. quidam ex venis terre hauriuntur. ut aqua salinaria / vitrosa / alluminosa / et huiusmodi. et quibus arte vel natura fit sal vitrum alumen / et huiusmodi. De his omnibus liquoribus differentijs proprietatibus et causis sufficienter dictum est supra in li. xvij. de herbis et arboribus et earum succis. et li. xv. de venis terre. et li. xvij. de passionibus aeris. ubi tangitur de natura manne et mellis que dicuntur de aere generari. De melle tamen aliqua sunt hic dicenda / et de lacte / et sero / butyro / que de animalium uerberibus emunguntur / de quibus superius est ommissum.

**M**el ut dicitur Isid. li. ix. dicitur a mellisse grece. id est apibus latine. Sic enim greci apes vocant. nam apud solertia in i

rando nature artificio parantur mella / que primitus de rore aeris sunt creata / et in arundinum folijs adinuenta. Unde et virgilius. Protinus aerei mellis celestia dona. unde adhuc in india et in arabia inueniuntur in similitudinem salis in ramis et folijs dependentia. ut dicitur idem. Est autem omne mel naturaliter dulce sardum tamen est amara absinthij cuius copia illius regionis apecule nutreuntur. Dicunt autem medici qui de rebus tractant naturis / precipue galienus. quod mel pueris et iuuenibus et preterfectis viris in quibus habundat calor / abusus est inutilis et nocuus. Senibus autem qui prava vita laborant et frigore dicitur cum vino veteri et alijs calidis conuenire (huic Isid. lib. ix. c. i.) Est itaque mel liquor dulcissimus a materia purissima arte medicinali generatus / cui tamen ex calore apis mellis substantiam componentis / et ex admixtione alicuius calidi se cum mellis substantia admiscens acumen cum dulcedine est admixtum. unde et mellis dulcedo ceteris est magis calida / sed minus humidum. ut dicitur ysa. mel ergo cum sit habens multum caloris et acritatis et minus terreitatis et aqueitatis propter siccitatem tam terre quam ignis multum est habens siccitatis et acuminis et minus frigiditatis et humoris. et ideo iudicatur mel calidum et siccum in fine secundi gradus. tamen quod sub eius est vicina temperamento et mediocritati multum est mundificatum / lauatuum et subtilitatum et sicco calore grossorum humorum in corpore incisivum. et humorum putidorum expulsiuum. quod nam mel est calidum / acuminis est propinquum. et ideo in testinorum est pungitivum / et ad feces expellendas commotivum. Item talis dulcedo sicut mellis multum est habens acuminis et caloris / non tantum opilans meatum splenis et epatis / sicut illa in quibus pura dulcedo inuenitur. ut dicitur ysa. c. de quatuor differentijs dulcedinis et saporis. Est itaque mel ratione equalitatis et temperamenti multum nature conueniens et amicum. sui ad membra multum assimilatum. perditorum restauratum. debilius membrorum confortativum. sua grossicie nocuorum fluxuum interceptivum / et latitudinis pororum restrictivum nature bene temperate custoditivum. et humorum paratorum ad fluxum nimium cohibitivum. Nihilominus tamen est mel nocuorum humorum laxativum. nam contrarias habet qualitates in effectu. et hoc secundum diuersas materie dispositiones in quas agit. nam nimis laxat / repumit / et constipat / nimis durat / diuuldit et relaxat (ut dicitur ysaac) Est autem mel conservativum. mundificatum amaritudinis temperativum. et ideo ponitur in medicinis ad preseruandum

et ad mundificandum et ad amaritudines specierum temperandum. ut dicitur in antido. nicolaus. tamen mel crudum non multum bene dispumatum valde est ventosum et inflatum/rugitus in ventre generatum. in malos humores facilliter conuersum. splenis et epatis viscositate sua opilatiuuz. colere inflammatiū. et febris diurne inductiuum. ypodriozū extensiuū. yliacis et colericis nociuum. Et igitur ut dicit constā. et ysa. in dieta. diuersas habet actiones/ quibusdam salubre est/ et sanitatis custoditiuum. quibusdam vero stipticum est et morboz generatiuum/ et est veneni occultatiuū/ quod quāto magis est rufū tāto magis ē calidū et acutū/ et humorū magis ināsiuū/ penetratiuū/ et colatiuū. quāto vero magis est albū minus est calidum et acutum. et tanto melius/ quāto dulcius purius et odorabilius inuenitur.

**F**auus a fauendo est dicitur. nā fauus dicitur mel mixtū cū cera. Intra enim cellulas de cera miro artificio cōpositas apes mel colligunt et eius liquoris substantiam intus fouent et sic dicitur fauus quasi fouus siue fouens/ eo quod mel foueat et contineat intra se. vel fauus a fauore ē dicitur. nā valde fauorabilis gustui est et delectabilis ad edendū. vnde scdm Ipsi. li. xx. fau? a fagin grece dicitur quia magis comeditur quā bibitur. fagere enim grece idest comedere latine. quidam tamen vocant fauū mel a cera eliquatū et optime depuratū/ i quo summā dulcedinē gustus experitur. fauus mellis petit et requirit maxime animal quod ab amore mellis melota dicitur vnde a melle melus vel melota est dicitur (ut dicit. b.) similiter versus supra omnia mel diligit. fauos enim extrahere intendens nō sine sui discrimine arbores altas scādit. Aliquotiens autē inter fauos ( ut dicit aristoteli. libro viij. f. ) in profundo alueanis generantur quidam vermes parui/ sicut sunt arance et quando crescunt faciunt returrā circa fauos et dominantur super totū aluear. et ideo putrescit mel et itē ibidē bonū ē mel quod extrahitur de noua cera. nā mel quod diu manet in cera antiqua fit rubeū. et corruptio illius mellis est sicut corruptio vini in vitibus/ ppter hoc debet extrahi et est mel bonū quando simile ē auro. ut dicit idem. Itē dicit idē quod apes sedent super aluearia et suggunt quod est supfluū in fauis. et dicitur quod si non facerent hoc corrumpetur illud quod ē in fauis/ et generaretur aranea/ et sedent super fauos et sollicitē custodiūt

ne illa aranea inualecat/ et si inuenerit eaz fiet eius cibus. aliter autem omnes morerentur.

**M**ellum est potio vel poculum ex aqua vel vino et melle commixtū quod greci mellitratum vocant. sicut aut ex ydromel quod ex melle et succo macianorum est mixtum. sicut et rodomet dicitur eo quod succo rose mel miscetur.

**M**edo vel medus/ quasi menus dicitur. et est potus ex mello et aqua optime confectus et decoctus qui si crudus fuerit et mel minus bene despumatum inflationē generat in ventre et rugitus ac durissimas torsiones. et quia de facili resoluitur in fumos caput petit/ et diuersas ei ingerit passiones. bene vero decoctus et defecatus gustum delectat/ vocem clarificat. arterias gutturis et cauales pulmonis mundificat. cor letificat. corpus nutrit et impinguat. epaticis tamen et splenicis et calculosis minus ppetit. quia meatus stringit et opilat. quandoque enim mirto et alijs herbis aromaticis conditur ut sanior reddatur et odoratio/ et diuturnius custodiatur.

**O**zaretum est vino et melle et speciebus aromaticis est confectum. nā species aromaticæ i subtilissimum puluerem cōteruntur/ et in sacculo lineo et mūdo cum melle et zuchara reponuntur. vino autem optimo species perfunduntur et reperfunduntur/ quēadmodum fit lexivia. et tā diu renouatur perfusio donec virtus specierum vino incorporatur/ et optime clarificetur vnde a vino contrahit fortitudinem et acumen. a speciebus autem retinet aromaticitatem et odorem sed a melle dulcedinem mutat et saporem

**P**igmentū ut dicit. b. quasi pilis mentum quod scilicet in pila ē cōtusum. nā in pila species aromaticæ aguntur/ ex quibus arte pigmentaria quedam delicata pocula electa conficiuntur. vnde et pigmentarij dicuntur qui species vendunt/ conterunt/ et conficiunt/ et componunt.

**O**timel dicitur acidū meleo quod ex aceto et melle eius materia conficiatur. nam primo acetum cū herbis necessarijs/ et radiabus diuerticis diu decoquitur/ et colato aceto mel purum et optime defecatum additur et ad lentū ignem usque ad

spissitudinem iterum decoquitur et bullitur ac depuratur cum albumine oui cum aceto distē paratur et in primelle paruz decocto/ nā om̄s immundicias mellis et herbarum ad se attrahit albumen oui. et supematando vsq; ad ori mellis superficiem secum ducit quas immundicias cum penna pigmentarius seu medicus caute remouet et deponit/ et fit oximel et in p̄fide mūda reponitur. datur autem cum aqua calida ad materie compacte digestionē/ mollicationem/ diuisionem/ mundificationem/ porozum apertionem/ et opilationum dissolutionem/ posset enim medicina de facili inducere periculum. si non prepararetur ad facilem educationem et cum oximelle non precederet digestionem cum simili arte et ad similes vsus de aqua et zuchara cum diuersis speciebus fit syropus/ nunc violaceus et laxatiuus/ nūcroscus constipatiuus/ nunc simpliciter/ nunc cōpositus.

**C**era est fex mellis intra cuius substantiam liquor melleus ab apibus est collectus. corrumpitur autem ipsum mel (vt dicit aristo. libro viij.) quādo nimis diu cum cere feabus admiscetur. et ideo qui vult mel in sua puritate reseruare debet ipsum tempestiue a cere substantia separare. Dabet autem hoc cera proprium q̄ inter omnium liquorum feces superenatat/ et cū calefat ad fundum non descendit sed potius q̄rens superficiem sursum tendit/ et hoc faciunt partes ignee et aeree que in eius substantia dominantur. vnde cera in aqua calida resoluta deorsum aquam premit et per eius superficiem se diffundit. nam multum habet aeree leuitatis ratione cuius sic ascendit. cera autem quanto est recentior/ tanto est odoratioz/ ductilioz/ et purioz. et ad diuersarum impressionū et figurarum susceptionem aptioz/ et tam forte suscepte q̄ scripture impressio in eam est durabilioz. et talis cera virginea appellatur. Est insup cera multis vsibus necessaria atq; apta valet enī in medicinis/ in confectionibus varijs et vnguentis. nam virtutem habet calefaciuiam/ resolutiuam/ aperitiuam/ maturatiuā attractiuam/ euaporatiuam/ et consumptiuā valet etiam ad luminis nutrimentum. et ideo cera seruit in deozum templis et aris/ in domitorum mensis. vnde a cera vel a ceris dicitur cerimonie. quia in templozum cerimonijs cerei offerebantur et adhuc offeruntur. vt dicit b. vnde qui seruiunt de candelis cereis/ in ecclesia dicuntur ceroferarij. sicut qui seruiunt in

regum et pontificuz aulis primicerij nominantur. vt dicit idem. Sigillis etiam cereis littere remuniuntur/ et signantur ac si secreta occultantur. priuilegia confirmant. tabule cera simplicia vel colorata replentur et ornantur/ in quibus variarum litterarum caracteres stili officio vel inscribuntur/ vel etiam complanantur. panni quoq; lineij ad vsus varios incerantur/ libros enim inuolutos turos reddit ne aqua vel pluuia perfundantur. nam cera quamdam habet vinctuositatem qua humida fugat et per pannozum poros stilliciū penetrare interius non permittit. in calore liquefacit cera et deficit/ frigore vero indurescit. humidis et humefactis cedit/ siccis vero et asperis inbescit. et ideo humectantur sigilla ne adhereat cera illozū litteris et figuris.

**C**ereus per derivationem a cera/ a qua formatur est nominatus vt dicit Isidorus libro. xx. de quo quidam ait sic. Hic cera nocturnos prestabo cereus ignes. Subducta luce altera tibi luxum vt dicit idem. nam ad hoc est vsus cereozum/ vt ex eozum lumine ea que sunt in tenebris appareant et luceant. In cereo autem tria attenduntur scilicet materia/ vsus/ dispositio/ siue forma. materia vero triplex est. nam pro materia habet lichmum siue lignem. vt dicit Isidorus ipsam ceram atq; ignem. lignem qui et lichmus dicitur filum est stupeum et totius cerei substramentum. cera que circūuoluitur est luminis nutrimentum. ignis qui superponitur siue superaccenditur vniūsq; est finis complementum. nam agens in lignem mediante cera conuertit vniūsq; in suam similitudinem. vnde et in dispari natura mirabilem inter se habent aptissimam vniōez. forma et dispositio eius pyramidalis a lato incipiens et circūferentialiter agens. vsus eius est vt illuminationis gratia candelabro affigatur vel clientulozum vel ceroferariozum manibus ante dominos deferatur.

**L**ac est liquor dulcis et candidus in mamillis per actionez caloris ex sanguine generatus. vel (vt dicit aristo. libro. xvij.) lac est sāguis decoctus digestus non corruptus. quando enim fetus propter magnitudinē nō pot̄ nutiri p̄ vmbilicū/ p̄pat ei laca natura ex sāguie mēthuo ipulso

ad māmillas ubi digerit et decoquitur et ex albedine glandularum māmillarum in cādoris speciem transformatur (ut dicit constantinus. li. xix) eadem enim est natura menstrui sanguinis atque lactis. et ideo natura creat lac propter cibum natura quo cibatur extra. non tamen debet esse lac ante tempus partus nec post multum nisi accidat contra naturam. in illo enim tempore complentur lactis digestio in animalibus que habent tempus unicum stantem ad parandum. sed in mulieribus diversatur et propter hoc debet esse bonum lac necessario post sex menses. et est lac dulce quando bene digestum. et hoc fuit necessarium propter cibum animalis qui est dulcis. cibus enim omnium animalium non est nisi dulce et valde digestum (ut dicit idem ibidem li. xviii). f. Item dicit aristoteles. li. vi. f. animalia ouantia non habent lac neque māmillas et in omni lacte est aquositas tenuis et pars grossa que caseus dicitur. et quanto lac est spissius tanto caseus et lac animalium carentium dicitur superius magis coagulantur. lac vero animalis habens dentes in utraque mandibula non. neque eius sepum et lac huiusmodi animalis est dulce et tenue ut lac camelorum et equorum et post asine. Item idem ibidem. in quibusdam regionibus non expectatur caprum impregnatio sed accipitur urina et cum ea conficitur māmilla et exibat prius sanguis. deinde quasi sanies et post lac bonum non peius lacte impregnatur et nullum lac est in māmillis marium generaliter quavis aliquando accidere videatur aliter. que quedam autem herbe habent humorem lacteum ut titinallus et quedam arbores ut ficus cuius lacte ut ibi dicit aristoteles. lac animalium coagulatum est. et lac canum spissius est omnium animalium preter lepores et porcos. Est autem maxime spissum in partu. sed post subleuatur ut dicit aristoteles. lib. vi. in fine. vacca ante partum non habet lac sed post habet bonum et cum prius coagulantur fit quasi lapis et hoc accidit quando cum aqua commiscetur. ut dicit idem ibidem. Item idem li. x. quando puer nutritur lacte calido dentes eius citius oriuntur. post partum autem et modificationem lac mulieris multiplicatur et quedam mulieres habent solum lac in cono māmillarum. et quedam in alijs partibus ipsarum. et quoniam lac non bene digeritur coagulantur et māmille indurescunt quam tota māmilla est valde mollis et si superuenit aliquis pilus accidit magna infirmitas et dicitur pilosa et non cessabit dolor quousque exeat pilus cum lacte aut quousque putrefiat et creat. et dum lac exit non inuenitur generaliter menstruum. Quedam vero lactantes menstruant cum fuerit earum lac humidus sanguis et quoniam pueri lactantur sanguine grosso et multo accidit eis spasmus et si fuerit lactans fertilis tunc

non occet multitudo lactis. et mulier nigra nutritur lius et melius habet lac quam alba. ut dicit idem. Et similes proprietates lactis et multas alias recitat (ysa. in dieta) ubi sic dicitur. lac inquit generaliter diuiditur simpliciter. aut. n. est dulce exiens nouiter a māmillis / aut est acidum siue acre iam diu multum / aut est inter utrumque medio cre. dulce autem est magis sapidum. quoniam vicinum sanguini et amicum in ipsum de facili conuertitur. et ideo laudabile est ipsius nutrimentum. Est autem compositum ex tribus substantiis in virtute et actione varijs et diuersis. vna subtiliatiua et mundificatiua altera vero grossa et opilatiua. tertia est mollicatiua. nam suba aquosa et serosa acuta est et subtiliatiua. grossa est caseosa que frigida est et grossa et ideo opilatiua. butyrofa vero est vinctuosa et mollicatiua unde lac cum sit sua substantia aquosa et acuta est grossorum humorum incisuum et subtiliatiuum. viscerum lauariuum. intestinum mordicatiuum. ventris solutiuum. et fecis de facili expulsiuum. corruptorum humorum interius in corpore et exterius absteruiuum. venarum penetratiuum / opilationis splenis et epatis aperitiuum. et maxime si fuerit ex animalibus calide complexionis. ut ex camelis. et tale lac est ydropicorum iuuatiuum (ut dicit idem et sequitur) lac itaque laudabile est et in suis tribus substantiis temperatiuum. sua aquositate est membrorum mundificatiuum. sua butyrositate est venenis repugnantium et membrorum humectatiuum sua caseitate cibariorum ab officio stomachi ad fundum depressiuum. Est et alia lactis laus quia si temperate et oportuno tempore munda dato prius corpore accipiantur / corporis est laudabiliter nutritiuum et substantie sanguinis assimilatiuum. Si autem a corpore non mundato vel tempore non congruo accipiantur in malos humores quos inuenit est conuertiuum et ipsorum augmentatiuum in fumos calidos resoluitur / et sic erit doloris capitis causatiuum et si febris materiam inuenit / erit caloris febrilis inflammatiuum. vel si calorem naturalem inuenit debilem de facili acescit et fit in stomacho acetosum. nam quando est humor nimius et paruus calor acetositas vel putredo fleumatis generatur. et ideo lac non est frequenter sumendum nisi corpore existente temperato et stomacho inanito. nam si corpus a putridis humoribus et colericiis fuerit vacuum et depuratum si lac bene digestum fuerit / multum et bonum prebebit corpori nutrimentum. laudabilem generabit sanguinem. carnem augmentabit. humectabit corpus et exterius in superficie faciet tenerum atque pulchrum. ut. d. idem

# De liquoribus

Item dicitur idē rursus. lac inquit bibentes se-  
 iunos esse conuenit/ et calidū esse quando vbe-  
 ribus est vicinū. nec ē aliquid comedēdū quo  
 usq; lactis substantia digeratur. oportet etiā  
 vt labor et motus nimius caueatur / quousq;  
 descendens ad decoctionis locum digeratur  
 q; ex inordinato motu et calore nimio subito  
 generato eius vinctuositas in fumū nociuū re-  
 soluetur et grossiori parte remanēte indigesta  
 multiplex corruptio generaretur vt dicitur idē  
 Electum autē lac vt dicitur ibidē. debet habere  
 quatuor qualitates/ colorē/ odorē/ liquorē  
 et saporem. Colorē albiſſimum dicitur a citri-  
 nitate et rubore et liuiditate marie alienū. Do-  
 rē gratum ab horrore et a grauiditate remonē  
 Liquorem inter subtilem et grossum medium  
 cuius mediocritatis signum ē si gutta sup vn-  
 guem posita remanet continua et nō liqueſcit  
 cuius guttule forma inferius est lata et superi-  
 us est acuta. Saporē habet acceptabile qm  
 nec amaritudine nec salsedine nec acedie ē ad-  
 mixtum. Inter omnes autem istas differenti-  
 as lactis/ femineum magis creditur esse tēpe-  
 ratum. q; omne lac naturam et complexionem  
 animalis cuius ē naturaliter imitatur. et ideo  
 quia humana complexio maxime est tempera-  
 ta/ ideo muliebze lac maxime tēperatum. pro-  
 pter quod maxime est nutritiuū humectatiuū  
 et asperitatis anguloꝝ oculi potissime mitiga-  
 tiuum. et quicquid de bonitate lactis supra di-  
 ctum est totum concurrit in hoc lacte.

**H**ac camelinus ex animalis calida  
 complexionē ceteris magis est ca-  
 lidū/ et plus subtile et minime vn-  
 ctuosum/ et minime nutritiuum. diureticum et  
 opilationū aperitiuū. et iō ydropicoꝝ ex opi-  
 latione est potissime iuuatiuū. nā camelus na-  
 ture est calidissime ppter qd calor dominans  
 sāguinis attrahit vinctuositatē. et ideo sāguis  
 remanet sine vinctuositate. Cum igitur laci-  
 bil aliud sit qm sāguis secundo decoctus/ sa-  
 por sāguinis cameli saluus est et acutus. et iō  
 bumoz est inasiuus subtiliatiuus et grossicie  
 atenuatiuus. Quere supra de camelo i tractu  
 de animalibus.

**H**ac vaccinum lacti camelino ē op-  
 positus. nā vacca nō habet tm ca-  
 lorē vt sāguinis attrahat vinctu-  
 ositatem. et ideo eius lac fit valde vinctuosus  
 et maxime nutritiuum. plus. n. nutrit lac vac-  
 cini qm pecorinū/ lz pecorinū sit magis calidus  
 qm vaccinū. cuius rō ē. vt. d. idē. q; cū vaccinū  
 lac nō tātum habeat calorē quātum pecorinū

nū parua vinctuositas sibi sufficit et illa tota re-  
 manet in lacte et exuperat caseitatē. et ideo ma-  
 gis nutrit/ q; subā vinctuositatis nutritibilior ē  
 qm caseata. q; calidior et humidior et calori sā-  
 guinis vicinior et facilior in sāguinis mntari-  
 onē. et illa vt dicitur antiqui melius et citius nu-  
 trunt que citius et facilius in sāguinē cōmu-  
 tant (vt dicitur ibidē) lac tamē pingue melius nu-  
 trit qm ipsa pinguedo que calidior est/ q; subā  
 lactis habet aquositatē liquidā subtiliantem  
 et interiora corporis penetrantes. sed sola pin-  
 guedo aereitate sua superenatat/ et ppter hu-  
 miditatis sue substantialis grossiciez cito coa-  
 gulat et indurat. et ideo lac vaccinū sua aquo-  
 sitate ad interiora penetrat. sua vinctuositate ca-  
 lorē naturalem roborat. caseitatis sue pauci-  
 tate naturā multū nō aggrauat/ sed potius ad-  
 iuuat et sustētat. vt dicitur idē. Alio igitur modo  
 lacte est vtendū ad nutriendū. q; tunc tribus  
 eius substantijs pariter est vtendū. Alio mō  
 ad mundificandum et calorem mitigandū q;  
 tunc serositatis liquamen est a butyrositate se-  
 questrandum. Alio mō ad calefaciendum et hu-  
 mectandum. Lactis etiam vsus consideratur  
 secundum subtilitatem et grossiciem et medio-  
 critatem. vt dicitur idē. Subtilitas autem attrē-  
 ditur in substantia et in actione. In substantia  
 vt illud est melius quod cōplexioni humane  
 est vicinus vt lac feminum/ quod tanto est  
 vtilius quāto māille est vicinus efficacius  
 est enim contra venena / contra renū et vesi-  
 ce mala/ contra pulmonis vulnera si multū  
 aerem non tangat et eius virtutem aeris qua-  
 litas non immutat. Subtilitas vero in actōe  
 eius butyrositatis cum caseata separatur et a-  
 quositas tunc cum acumine augetur. vt patet  
 in camelino quod minime nutrit. calore tamē  
 suo et subnili liquore ydropicis subuenit et suc-  
 cūit. lac vero grossissimū est vaccinū et minus  
 ceteris liquidum et aquosum minus acutus et  
 minus butyrosus. vnde bene nutrit/ stoma-  
 cho cōuenit/ membra confortat. calorem epa-  
 tis et stomachi refrigerat corpus impinguat et  
 augmentat. vulnera intestinoꝝ et matricis sa-  
 nat. Est autem tanto melius et salubrius si la-  
 pidibus fluuialib; accensis et intus extinctis  
 tota aquositas p parte maxia cōsumatur.

**H**ac caprinum inter predictas dif-  
 ferentias tenet medium/ quia i su-  
 is tribus substantijs post femi-  
 ninū ee dicitur potissime tēperatū et iō p pulmo-  
 nis vulnera et renū ac vesice vicia cū zuchara mul-  
 tū cōfert. eius verū a caseo et butyro separatū

maxime est colatiuū mūdificatiuū et colere repressiuū. lac aut caprinū per se multū bibituū i stomacho de facili coagulatur. et ideo ne noceat cū modico mellis et salis gēme tēperetur et nunq̄ coagulabitur. et si inceperit coagulari in stomacho dissoluetur. et q̄ caprē pascuntur siccis et ramoz extrematibus eaz lac ē minus aquosū et magis stipticū et stomacho congruū. Nā lac ex pascuis diuersificatur. nā que pascuntur teneris et recētibus herbis lac faciūt aquosū et subtile. et stomacho est nociuū. que vero herbis laxatiuis lac faciūt mortificatiuū et neruoz pūgitiuū. et ē nociuū et laxatiuū.

**L**ac pecorinū magis est calidū et siccū q̄ vacinū. minus habens butyrositatis et plus caseitatis. et ideo minus nutrit nec corpori ita conuenit vt vacinū. Mōstratur aut hoc ex granitate sui odoris. nā vt dicit galie. lac pecorinū in odore est grauis. q̄ vacinū. et ideo magis ē flemmaticū. magis aut nutrit q̄ caprinū. s̄z min⁹ vacinū. vnde minus ē tēperatū q̄ caprinū.

**L**ac asininū est temperatū et nutritiuū resūtiuū. nentris tñ resolutiuū et neruoz remollitiuū. et membroꝝ rū siccitate et calore induratoꝝ humectatiuū pectoris iuuatiuū et tussis et anbelitus difficilis mitigatiuū. vulnerū renū et vesice curatiuū.

**L**ac caballinū vicinitatē habet ad camelinū i subtilitate et acumine et calore i apostematibus manicū est iuuatiuū aperitiuū et menstrualis fluxus p̄uocatiuū. si causa menstroz calida sit et sicca quam pprietatem habet illud lac ab omni lacte alio separatum. vt dicit ysa.

**L**ac porcinū scōz ysa. est subtile et aquosum. quia ex sua frigiditate i coctū remanet et indigestū. et ideo si scōm medicinā accipiatur paruū aut nullū confert iuuamentū. sed si scōz abū cū succo oz dei sit coctū bonū generat et humidum nutrimentum. vt dicit idem.

**L**ac animalium partū vicinorum est subtile et aquosū. q̄ aquei humores adunantur in animalibus tpe part⁹ q̄ os matricis clauditur. et lac aquosus humoribus cōmiscetur. et iō eo tpe ē nociuū. vomitus et fastidij puocatiuū. asperitatis remollitiuū. et villoꝝ stomachi lubricatiuū. ventris laxatiuū. dūz ad digerēdū et stipticū et in stomacho coagulatiuū. et pessimaz infirmitatū generatiuū. et ex fumo ascendente cerebri

percussiuū. et doloris capitis causatiuū fetoris dentiu et anbelitus induciūz. vnde si lac fuerit corruptū vel plus debito assūptū. vel alio modo vel tpe q̄ expedit sit acceptū. multaz infirmitatū ē generatiuū. maloz humorū et lubricoz est nutritiuū. bonoz humorū ē corruptiuum. arenaz in vesica et i renibus ē adunatiuū et putrefactiuum. caloris naturalis debilitatiuū. et innaturalis caloris ac febriū inflāmatiū. gingiuarum et dentiu infectiuū pustularū pessimarū et scabiei i paruulis causatiuū. rugitus et ventositis excitatiuū. opilationem renis et epatis affectiuum. stomachi grauatiuū. et lubricitate sua cibanoꝝ ante digestionem expulsiuū. et siclienterē induciuum. has et multas alias inducit lactis corruptio passiones. Sed hec de lacte bono et malo nunc dicta sufficiant.

**S**erum est pars lactis aquosa a lactis alia parte per coagulū sequestrata. nam coagulū partes butyrosas et caseosas simul iungit et ab eis qd̄ liq̄dum est et aquosum diuidit et discernit. cuius effectus superius recitantur. habet enim virtutem putredinis lauatiuam. nā intestina lauat et vulnera intestinoꝝ de sanie mūdificat. pectus purificat. sitim sedat. acumen colere rubei mitigat. scabiem et impetiginem mūdāe splen et epas deopilat. quere supra i primo secundum ysa.

**B**utyrum a buēdo idest perfundendo est dictū. vt dicit b. Sua. n. vncuositate et humiditate habet imbuerē et perfundere corpora que tangit. nā butyrum est flos lactis multum habens caliditatis et humiditatis cū dominio acritatis ratione cuius habet multū vncuositatis. Est n. butyrosa subā naturaliter calida et humida viscosa et vncuosa humane cōplexioni vicina (vt dicit ysa.) vnde sepe comestum stomachi est humectatiuū. ventris solutiūz. maxime si recens fuerit et ideo antiqui vt dicit idem. asimilauerunt butyru oleo mixto pinguedinē dicentes q̄ si quis acceperit valet sc̄reati p̄ctoz et pulmōni si ibi fuerit apostema quia p̄prie ē maturatiuū. et humorū dissolutiuū. et superfluoꝝ pectoris mūdificatiuū. maxime si cū melle vel zuchara comedatur. sed tūc minus est maturatiuū et sc̄reationis ampl⁹ iuuatiuū. vt dicit idem. subdens ibidez butyrum repugnat venenis. membra humectat asperitatem oculoꝝ eius lotura mollificat et emūdat apostēa dissoluit et maturat. vulnera

## De liquoribus

pulmōis gutturis et pectoris mire sanat renū et intestinorū morfuras mitigat. nervos indignatos et contractos seu spasmatos mollificat atq; laxat. vt dicit idē (dicit autem auicēn.) qd contra venena interius sumpta singulare presidū est/ si intoxicatus butyrū in lacte calido resolutum bibat et magna quantitate. nam vinctuositate sua opilat meatus ne ad cor ascēdat subito vis veneni. preterea venenositatez totā ad se attrahit et ipsam inuiscat. per vomitū euacuat de corpe et educit (vt dicit idēz. sicut autē sic. flos lactis siue superenatās et pinguedo recolligitur in vase mundo/ et cū quodā lato ligno rotundo et pforato diutissime percutitur per violentiā et mouetur/ ex quo motu calor naturalis in substantia lactis excitatur/ et cōfortatur totā vinctuositate in simul recolligit que sua leuitate superficiem petit. serosa vero aquositas cū partibus casiatīs inferius descēdit et butyrose substātie tanq̄ nobiliori cedēs fundū petit et illa butyrofa substātia que enatat in superficie recolligitur/ et ad vsus varios necessarios in vase mūdissimo reseruat. qd quāto recentius/ tāto est saporosius et gustui delectabilius inuenit. Est autē in principio molle et liquidū/ sed paulatim naturali calore contra humiditas partes inualescēte et eas cōsumēte mediocriter indurescit. vnde bene et munde reficit et nutrit/ et pulmēta loco sagiminis vel olei bene condit. Salitur autē aliquantulū vt melius conseruetur. et vt eius potentialis humiditas siccitate salis temperetur. isup vt eius saporositas augmentet. nā gustui in sapore ē magis gratū quādo mediocriter ē salitū. quādo autē nimis antiquatur eius sapor cū odore diminuit et in grauē odore et sapore gustui horribilē transmutatur. et tūc nō valet ad cibaria cōdiēda. valet tū ad varia medicamina et vnguēta. qz sepe accidit id qd nō puenit gule cōgruit tamē nihilominus medicinē alicui.

**C**aseus vt dicit Jsi. libro. xx. a cārendo ē dicitur/ eo qd tā diu in vase premitur quousq; sero careat et a lactis aquosa substā separetur. vnde dicit casus quasi carens eo qd quando est siccus humore caret seu liquore (vt dicit idē) Secundum. h. vero carens a cadendo est dicitur/ eo qd de facili cadit et recedit. cadit et labitur inter digitos facientis. Est autem caseus fex lactis nam vt dicit ysa. (caseata substantia lactis frigida est et grossa et ad digerendum dura. tarde enim descendit de stomacho et magis attrahit

net stipticitati q̄ solutioni. et est grauis stomacho et epati renibus et spleni maxime si loca illa fuerint opilationibus preparata/ et calculos in renibus generat. et ideo ppter ista mala accidentia dicit constan. qd omnis caseus vniversaliter est malus/ tamen caseus qui lacti est vicinus minus est nociuus. Unde distinguit ysa. inter recētem veterem et mediocrem. recēs caseus quia adhuc recens est malos humores non generat/ quia adhuc retinet partem dulcedinis et aquositate ipsius lactis. et ideo ad digerendum est facilior/ et ad nutriendum laudabilior et ventris solubilior/ et maxime si nō fuerit salitus quia salsedo ibi saporem causat et aufert dulcedinem. nāz nimis salsus nimis est desiccatiuus et stomacho est nociuus. carēs autem omni sale magis est nutritiuus et corporis humectatiuus et magis carnis augmentatiuus stomacho tamen est nociuus/ et de facili in fumositates resolutiuus si stomachus fuerit calidus. Si vero fuerit frigidus in acetositatem est de facili conuersiuus. Mediocriter igitur salsus melius digeritur et minus stomacho est nociuus. sine sale enim de facili est acetosus. minus vero salsus stomachi fit morosus/ et sanguinis incensiuus.

**C**arus autem casus ē acutus et valde siccus ad nutriendum grossus et ad exeundū de stomacho nimis durus qz si lactis aquositas ē ablata acumen et siccitas coaguli ei dominantur. vnde etiā subtilitatem exiit. et ideo superfluitas corporis nō ita inde subtiliatur sicut alijs subtiliantibus/ vnde duobus modis nocet corpori/ quia eius corruptio et grossities nutrimenti superfluitatem ingrossat et corrumpit. stomacho nocet qz per acumen coaguli repugnat omnibus alijs de iuuantibus et in nutrimentum peius ipsa iuuantia transducantur. vnde si in corpore inuenit grossos humores in renibus et in vesica lapides parit. grossos enim humores calidus et incensos coadunat et cōpingit. Est igitur vitandus ita vetus. nullus enim confert iuuamentum neq; nutrimentum nec obedit digestioni nec bonum generat sanguinem nec ventre humectat nec vrinam puocat/ sed inuentiaz humiditatem constringit et desiccet. omnis itaq; caseus vetus durus siccus et spongiosus pre siccitate et porosus/ ad rumpendum facilis nihil habens vinctuositate corpori est nociuus minus autē ē malus vinctuositate vel asius q̄ oculatus et porosus. nā pūctio subē signum est

humoris et vinctuositas qui autem porosus est/minus est malus quando est recens quam nimis vetus. quia ut dicit dyas. caseus recens humectat ventrem. vetus stringit maxime elixatus/vel si ab aqua abstractus affertur et maxime si ante prandium assumatur. Ideo enim stomachi sua grossicie obturat et abum descendere ad intestina non permittit. post prandium autem sumptus cibaria comprimunt/ut torcular et ad locum extrinsecus descendere compellit. Caseus inter veterem et novum medius multum est nutritivus propter eius saporositatem et grossiciem/et quod calore naturali velociter induratur. quanto autem calor naturalis ei dominatur magis/tanto plus et fortius indurescit/et magis membris inborescit (bucisque ysa. in dieta) secundum autem dyas. et aristoteli. li. iij. f. quanto erit in lacte multum casei plus erit cibi. Est autem caseus secundum dyas. veneno contrarius. nam grossicie sua et butyrositate opilat meatus venarum et non permittit ad cor ascendere vim veneni. Caseus enim recens appositus calidus extrahit venenum a moribus venenatis et huius signum est/quia appositus super morsus rabidi canis aut serpentis totus candor casei convertitur in linorem valet etiam contra antracem et alia apostemata venenosa vel extra superpositus vel comestus. in multis etiam alijs convenit medicine ut. d. idem.

**C**oagulatum est lac in quorundam animalium stomachis inspissatum. cuius virtute lac aliorum animalium coagulatur in qua parte butyrosa cum caseata aggregata pars serosa et aquea a partibus alijs sequestratur. dicit aristoteli. li. iij. f. quanto inquit lac est spissius/tanto caseaceus et coagulacius. sed lac animalis carentis dentibus in superiori mandibula coagulatur. lac vero habentis in utraque non sic necius sepum. Item ibidem dicit lac coagulatur ex coagulo et lacte ficum quando lac ficum aggregatur in lana/ deinde abluuntur illa lana cum modico lacte et citius admiscetur illud lac in residuo et sic totum coagulatur. Item ibidem coagulum non invenitur nisi in ventre suggestivum adbucentium. in illis qui non habent dentes in utraque mandibula non invenitur nisi in lepore. quantoque autem plus venustatur coagulum erit melius et valet contra fluxum ventris maxime leporis parvi et cervi. ut. d. idem aristoteli. Idem lib. xvi. dicit accidit lacti quod coagulatur per coagulum quando coagulum est lac in quo est calor spiritualis. et ideo adiuvat et sus-

stentat lac sicut maris spermia sustentat menstrualem sanguinem femine in matrice. quoniam natura lactis et sanguinis menstrui eadem sunt. ut dicit idem ibidem. De coagulo dicit ysaac. f. de caseo. coagulum inquit coagulatur virtute sui acuminis et caloris atque siccitatis sibi dominantis quibus sua humiditas finitur. et quantum coagulum sit in omni caseo minus sentitur in recente propter multitudinem sue humiditatis. Coagulum itaque in stomacho lactantis animalis et ruminantis invenitur quo sal admiscetur/et sic super ignem in fumo desiccatur et induratur/ cuius modica particula cum fuerit in pauco lacte tepido resoluta et cum residuo lacte admixta totum coagulabit quod est coagulabile et condensat. unde patet quod consimilis virtus latet in substantia coaguli qualis inest substantie seminis masculi. ut dicit aristoteli. avicenna. ysa. et alij. et beo dicta de li. quoribus nunc sufficiant.

**S**unt autem quedam virtutes in humoribus et liquoribus et rebus alijs inherentes. de quibus hic breviter aliqua inseremus. nam sunt diversae completiones et virtutes diversis rebus dominantibus diversimode reperiuntur operationes. ut est virtus operativa/maturativa/mundificativa etc. Aperitiva itaque virtus operatur per calidum et siccum cum subtili substantia. ut patet in cepis succopozis/et in alumie et bismoi/ex quorum perfectione operuntur ora venarum/et emoroides provocantur/ ut. d. costan. Rarefacitiva virtus operatur per calidum et humidum. nam calor rei substantiam penetrat et dissolvendo humiditatem sibi obedientem aperit et dilatat. ut patet in malva et sambuci mediana cortice et bismoi que bullita in oleo autem rarefaciunt et extendunt ut dicit idem. Opilativa virtus operatur per frigidum et humidum cum obtusa substantia. ut patet in dragato/ albugine oui/et pallio. nam beviscositate et obtusitate substantie poros replent et frigiditate costringunt. Inspissativa virtus operatur per frigidum et humidum. ut patet in madragora/que imposita super cutem ipsam inspissat. ut. d. idem. nam frigiditate costringit partes humiditatis liquidiores. Et humiditas partes centrum reddit substantiam spaciosam/ et per consequens spissiore. aliquando autem operatur per calidum et humidum. nam calor consumit partes liquidiores/quibus consumptis partes terrestres redduntur spissiores. Indurativa virtus operatur per frigiditatem et siccitatem quod utraque qualitas movendo ad centrum totam substantiam reddit duriores quibus autem operatur per frigidum et humidum frigiditate partes liquidas costringente. ut patet in gelu et in glacie. quandoque etiam per calidum



## De liquoribus

et sicca partes terrestres cōpingendo et per cōsequens indurando vt patet in latere et i luro. Asperitua virtus opatur p calidū et sicca cum grossa substantia. nā calor quod est subtilius eleuat et mouet ad circūferentiā / et illud acuit in conū. quod vero grossius et sicca tendit ad centrū et sic fit tota substantia inequalis / que i equalitas ē causa asperitatis. ppter hoc opatur asperitatē in humido frigiditas coartādō et cōstringendo partes rei circūferentiales ad mediū nō pmittēdo partes liquidiores se diffundere ad extremū. ppter qd partes superiores in quibus domiatur frigiditas acute et aspere exterius sensui ostenduntur. qz fm diuersitate materie impressionē a frigido et calido recipientis varie sunt et diuerse rez cōditioēs et proprietates et rez cōmixtiones naturaliter vel accidentaliter derelictē. vt p3. et vt dicit auicē. et constā. et est expressū supra in tractatu de q̄litatibus elementariū proprietatū. Itē virtus est mollificatiua que opatur p calidū et humidum / vel per calorem humiditas partes dilatē et rarefaciē / et partes a pabus disgrātem. vt facit dialtea que humida est et parum calida medio criter tamē calore sui aperit / et ex sup habūdātia humiditatis sue humores fluidibiles reddit / et sic per consequens mollificat et remollit. vel hoc fit eo qd calore dominante sup partes aqueas et terrestres / eas resoluente in partes aereas et celestes. vt patz in vaporibus terrestribus et aqueis attractis ad interstitia aens que resoluuntur in mollissimas pluuias et guttulas / nuncioris nunc grandinis siue niuis ( vt dicit cōmen. sup li. iij. methe ) secundam sensum etiam est manifestum vt caloris dura remollescere / et superueniente actione calidi partes partibus inuicem vix berere. vt patz in cera. et in alijs liquefacilibus super quarum partes aqueas et aereas virtus ignea dominatur vt dicit constant. Virtus autem maturatiua sicut et digestiua p calidam virtutem et humidam opat sicut et retentiua p frigidam et sicca / et expulsiua p frigidam et humidam. et apertiuā p calidam et siccam principaliter opatur. Attractiua virtus p calidum et siccam opatur. vt patz in diptano serapino et stercore columbino / et consimilibus. Laxatiua habet opari p easdē virtutes s3 vehementius. vnde que vehementer attrahūt laxatiua sūt vt scamonea etc. opatur etiam p frigidum comprimendo. et p humidum lenificando et lubricando. vt patet in prunellis thamarindis etc. Putrefactiua quandoqz p calidum et humidum opatur.

quandoqz vero preter bec. et maturatiua per calidum et siccam sicut et attractiua vt patz in cantharidibus et flammula et huiusmodi vehementer calidis que pustulas generant et canem vlceraunt valde cito. De alijs autē virtutibus et consimilibus dictū est supra. li. iij. de proprietatibus elementariū qualitātū in libro. vij. in tractatu de remedijs morborum.

**P**utredo est substantialis humiditatis corruptio pueniens ex indigentia caloris naturalis sup habundante calore alieno. calor enim innaturalis agens in humidum quod nō regit a naturali causa est inductiua putrefactōis ( vt dicitur super li. methe ) omne autem terreum frigidum difficilius putrefit q̄ calidum. vt dicit aristo. similiter coagulatum ratione frigidi tardius putrefit. vt est videre in glacie et in cristallo. omne enim feruidum tardius putrefit q̄ minus calidum. vt dicit aristo. nam intentio caloris inducentis feruorem fortior est calore aeris siue aliunde venientis. et ideo non permittit se vni nec aliquam circa rem feruentem permittit fieri immutationem. omne enim motum tardius putrefit q̄ non motum. vt dicit aristo. nam motus inducit calorem conseruantem et calorem excitat naturalem. Insup omne fluens tardius putrefit / q̄ non fluens. vt dicit idem. nam calor accidentalis ex aere continente infirmior est et debilior q̄ calor naturaliter generatus ex motu siue ex fluxu. et ideo de facili se vni non permittit. omne autem corpus multum idest multe magnitudinis tardius et minus putrefit q̄ corpus paucum. vt dicit idem. nam si corpus est calidum plus h3 caloris naturalis resistens causis putrefactionis. Similiter si est frigidum sua naturalis frigiditas melius resistit calori accedē tali inducēt putrefactionem in magno corpore q̄ in paruo corpore. et hoc patz in mari ( vt dicit aris ) nam mare diuisū cito putrefit / vniuersum autem nunq̄. Similiter est videre in aquis alijs magnis quarum partes diuise a totali flumine cito putrefcūt. et ideo in partibus sic diuisis vermes generāt p putrefactōez. rō est. qz calor naturalis disgregās i eis facit subtile diuidi a grosso / et terciū ab aq̄o et aereo ex substantia autē subtili aq̄a et aerea a grossiore pre p calorem seq̄strata idē calor disgregās facit generari vermes et alia aialia et hoc ē qd dicit aristo. quia calor naturalis disgregās cōstare facit disgregata et cōuertit in naturā aialis / et hoc per putrefactionem vi caloris extra

nei introducta. vt. d. cōmen. Putrida igitur sūt gustui horribilia et abhominabilia stomacho et nauseam puocantia. Sunt et grauis odoris et mali saporis et deformis caloris/ manus insufficientia contingens. contraria sunt humane cōplexioni et subitam inducentia sanis corruptionem/serpentibus tamen et vermibus prebentia cibū et refectiōne. que aut sunt disposita ad putrefactionem p associationē ad putridū celerius recipiunt corruptionē/ et sic mēbra putrida corrūpūt sana/ et cū nō sint spūi puia priuant spūalia mēbra. Que igitur sunt magis vicina magis influūt/ vnde nō pōt sanari mēbrū quod incipit eē putridū/ nisi a putredine penitus sepetur vnde que putrida sunt nō sūt vtilia nisi solū ad hoc vt prescīdatur/ eijcātur aut cōburantur. Sunt et alie virtutes quibus mediantibus opatur natura/ vt virtus nutritiua seu passiuā in vegetabilib⁹ et i aialibus hōr⁹ generatiua tā i bipedib⁹ q̄ i q̄drupedib⁹. virtus vero ouatiua taz in reptilibus quibusdam q̄ in volatilibus. sed de generatiua et nutritiua et alijs sibi ministrantibus sufficienter superius dictum est li. iij. de generatiōe boīs in li. xvij. de generatiōe aialū in generali/ et iō de eis ē superfedendū. Virtus aut p̄creandi oua ē in aialibus anulosi corpis/ vt in serpētib⁹ araneis scōrpiōib⁹ et similib⁹. et i nātātib⁹/ vt p̄ in cācris/ sepijs/ et alijs infini⁹tis. et volatilibus/ vt i oibus bipedalibus. qz vt dicit aristo. li. v. a. bipedia inquit nō generant animalia preter hominem.

De ouis

**O**rimo igitur in predictis animalibus semen decusū i q̄dā corpuscula puā/ mollia būda/ et subalbida coagulat et trāsformatur/ ex quibus per operationes diuersas animātia p̄creātur. et talia corpuscula oua sūt dicta/ eo q̄ sūt vuida idest eo q̄ intrinsecis humoribus sint plena (vt dicit Arist. li. xij. g) nā ē humidū q̄ exterius humorē hz vuidū q̄ interi⁹ q̄dā tñ (vt. d. idē) putāt ouū grecā habere originē. illi. n. dicūt oia lra. u. ablata. Qua autē quedā inani v̄tō cōcipiūtur s̄z nō sunt gignātia nisi que fuerit masculino cōcubitu cōcepta et seminali spū penetrat vt. d. idē. Quorū autē tantā vim dicūt eē vt lignū eis p̄fusū nō ardeat/ nec vestis quidē adurat. vt. d. idē. admixta quidē calce glutinare ferūtur viti fragmenta vt. d. idē. Qua igitur priō gignūtur. deinde calo

re mīni corpis formātur et aiantur (vt. d. Arist. do) Scdm aut aristo. li. iij. et v. ouāt volucres et pisces et serpentes sed multum differunt in bonitate et malicia. in quantitate et qualitate in substantia et in forma oua tam volucrum q̄ piscium et serpentum. ouant aut generaliter aues in fine veris et in principio estatis. vt. d. arif. li. v. p̄ter q̄ auis marina que d̄r alcio. qm̄ illa auis ponit oua in principio hyemis et cubat. xij. dieb⁹ atēq̄ pulli cōpleāt vj dieb⁹ a principio hyemis. vij. p̄ sicut. d. simoides illi. suo vt. d. Arist. de hac aue li. xij. i litore stagni oceani alcion i hyeme nidū facit septē dieb⁹ et ouat et excubat sup oua/ qua excubate septē diebus quiescit mare silentibus ventis et continua septē diez trāquillitate mitescit pelagus natura rez ei⁹ fensibus educēdis/ exhibēte obsequiū (idē. d. pli. et basi. in exame. et ambro.) alie tñ aues ouant bis i āno vel plures vt hyridines/ sed priā oua corrūpuntur p̄pter hyemē. oua vero posteriora cōplentur. Aues vero domestice vt ibidez dicit aristo. ouant tota estate sicut galline et colūbe/ et p̄cipue quando bene pascuntur. et locus earū est calidus. Idē aristo. li. vi. a. quedā aues ouant toto anno p̄ter q̄ duobus mensibus tropicorū .s. in iulio et decembri vt galline. quaz q̄dam ouant bis qualibet die/ et q̄ multū ouant cito moriuntur columba autem quandoq̄ decies ouat in anno/ sed pauca ponit oua. et alique que multū ouant multotiens vt columbe/ aut multa vt gallina. et aues curuorū vnguiū sunt paucorum ouorum. et quedam ouāt in nidis. et quedam in arboribus cōcauis. et quedaz in foraminibus terre et cauenis. et quedam in aruis et in rupibus. et quedaz in arenis vt strutio q̄ non fouet oua sua nec cubat super ea/ sed calole. solis cōplentur et animantur in arenis. et quedam oua fouētur in nidis factis in arborum ramis. et quedam in petris altissimis/ et quedam in arundinetis/ sicut oua auium aquatiliū. Dicit etiam aristo. libro vi. oua auium sunt dura exterius. et quedam sunt duorum colorum/ quia citrina interius et alba exterius. oua auium fluuiialium diuersificātur ab ouis aliarum auium que in sicco nutriuntur/ quia citrinum est in istis magis q̄ duplum ad citrinum. oua auium que nutriūtur prope ripas variantur etiam in colore. nam columbarum sunt alba sicut gallinarum et auium palustrium sunt glauca. et quedam sunt sicut picta vt oua passerum. Item diuersificantur oua in figura. quoniā quedā sunt acuta et quedā lata prius vero erit latum/ postea acutū. oua vero

## De ouis

